

**Oratio de sudore cruento / pronunciata a Salomone Alberto ... conferente doctoris insignia, viro ornatissimo M. Micaelo Henig ... Adjuncta est quaestio [recitata a puero Paulo Alberto], cur pueris non sit interdicendum lacrimis: et, cur in lacrimis suspiria & gemitus fere conjungantur.**

### **Contributors**

Alberti, Salomon, 1540-1600.

Henig, M. Micaelo.

Alberto, Paulo.

### **Publication/Creation**

Vitaebergae : Typis Zachariae Lehmani, 1582.

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/gwutzsd9>

### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome  
collection**

Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>





ALBERTI  
DE SUDOR








18.18

/7128/A

ALBERTI, S.





D

S  
B  
S

M

Q

N

ORATIO

14

DE SVDORE  
CRVENTO

pronunciata à

SALOMONE ALBERTO NORIBERGENSI  
MEDICINAE DOCTORE ET

*Professore eius Publ., conferente*

*Doctōris insignia, viro*

*Ornatissimo*

M. MICHAELO HENIG

DRESDENSI.

*Adiuncta est*

Quaestio, cur pueris non sit interdicendum lacrimis: Et, cur in lacrimis suspiria & gemitus ferè conjungantur.

Nonis xbris, anno Iesu Christi vertente xxci.

VITAE BERGAE  
Typis Zachariae Lehmani.

M. D. LXXXII.

68

224713

DE SVBDORE

OPVENTO

DE SVBDORE

OPVENTO

DE SVBDORE

OPVENTO

DE SVBDORE

OPVENTO

DE SVBDORE

OPVENTO

DE SVBDORE

OPVENTO

DE SVBDORE

OPVENTO

DE SVBDORE

OPVENTO

DE SVBDORE

OPVENTO

DE SVBDORE

OPVENTO

DE SVBDORE

OPVENTO

DE SVBDORE

OPVENTO



fera  
pid  
pria  
um  
tea  
effe  
te  
cu  
in  
pie  
to  
tu  
co  
q  
le  
cu

**S**I QVIS SE CVM PAVL-  
 lō altius reputet statū  
 temporum præfenti-  
 um, eundemq; cum a-  
 liis retrō elapsis con-  
 ferat, is nisi puer sit, aut planè stu-  
 pidus, ac tam in suam ipsius pro-  
 priamq;, quàm in publicam omni-  
 um salutem negligens, profectò fa-  
 teatur necesse est, ipsa illa nunc ad-  
 esse tempora, in quæ filius Dei, an-  
 tequam cœnam suam ultimam  
 cum discipulis cœnaret, digitum  
 intendit: quæ memoria religiosa  
 pietatis Christianæ die abhinc quin-  
 to solenniter recolet. Adumbran-  
 tur iis potissimum pertinentia ad  
 consummationē mundi, quorum  
 quasi imago præcessit everfio <sup>τωνων-</sup>  
 λείθρωσ illata genti Iudaicæ. In quam-  
 cunq; autem orbis plagam te ver-

## 4 O R A T I O D E

teris, seu sursum aspexeris, seu deorsum, abundè est documentorū iræ Dei adversus peccata nostra: Et verò inter hæc maximè evidens, quòd terra tantis & toties iteratis ictibus concutitur: Cujusmodi præter horreos aëris crepitus & insolita tonitrua, ac propè clamores cœlestes, paucos ante dies, nocte intempesta, hîc quoq; notati atq; observati sunt à multis. Quoties nobis cœlum velut in hiatus descendere visum est, unde postea vel flama emicuit, vel fervor quasi bulliētis aquæ sursum versus elisus est? Accidunt quotidie, vel potius in singulos dies, in orbe sublunari & ultra eum multa, si non plurima, perobscura illa, difficilesquè explicatus habentia: ad quæ non rarò ingenii solertia prorsus adhærescit, sicut mens aspectu

eo-

eorundem obstupescit. Grassantur  
 passim luis contagia cum ingēti ho-  
 minum clade. Vt nihil interim di-  
 cam de summa dilaceratione Ec-  
 clesiarum, de immani animorum  
 distractione inter docentes. Scilicet  
 hæc est illa *μεγάλη θλίψις*, qualis non  
 fuit inde usq; ab initio mundi, in  
 qua præ formidine tantum non ex-  
 animantur ii, quos spes optima fe-  
 licitatis appropinquantis debebat  
 sustentare. Augetur in nobis dolor  
 dissoluta scholasticorum nostrorū  
 consuetudine, infinita licentia atq;  
 intoleranda ferocia, quam vix cre-  
 das in gentes immanitate barbaras,  
 & ab omni alienas humanitate ca-  
 dere posse, nedum in litteris elegā-  
 tiorib. excultos, quib. omnis ætas ad  
 humanitatem informatur. In hac  
 reprimenda refrenandaq; eth usq;

6 ORATIO DE  
huc' desudatur nobis atq; elabora-  
tur cum subiectionibus paternis,  
tūm poenis asperis, nihilo tamē am-  
plius proficitur, quam quod in viti-  
ato, labemq; colligente stomacho,  
qui quoscunq; cibos accipit, emit-  
tit, & omne alimentum in causam  
doloris trahit. Ita animo cæcus, qui  
quid illi commiseris, id onus suum  
& perniciem, & occasionem mise-  
riæ facit. Immò quod multò do-  
lentius deplorandum est, quodquē  
conversiones rerum fatales, & ma-  
la publica ferè præcedere solet, nō  
nostra solūm, sed & altera illa *Φωνή*  
*δυναμειως ἢ βροντῆς* in pervicaciā quo-  
rundam è nostris nihil quicquam  
jam amplius potest, *quos scilicet*  
*Natura magis quàm disciplina trahit:*

qui in diem vivunt, tam negli-  
gentes præsentium, quàm impen-  
dentiū & futurorum securi. Cum

autem nemo sit, qui quàm propè  
versetur vitæ terminus exploratum  
habeat: et dies verò decelsionis no-  
bis furtim & *λεληθότως* quotidie ob-  
repat: certè unus quisq; ita formare  
animum debet, tanquam ad extre-  
mum jam ventū sit, & se quasi pa-  
rare, ad rationes Deo reddendas.  
Fecerūt id in caligine & tenebris su-  
periorum temporum viri inter eth-  
nicos boni, inter quos & Pythago-  
ras ille fuit: qui quotidie ad ratio-  
nem reddendam animum voca-  
runt, tanquam si è vestigio ad judi-  
cem veniendum esset. Quorum ex-  
empla pudeat nos in tanta luce Eu-  
angelij, qua ipsis carendum fuit, nō  
imitari. Inclamat nos Christus, qua-  
si altum stertentes, semel ac sæpius:  
Cavete ne corda vestra aggravētur  
crapula & ebrietate, & curis hujus



vitæ, ne repente superveniat vobis dies ille. Ea vox invitantis est ad penitentiam vitæq; emendationem, quam differre procrastinando, cui non exitio fuit? Nam qui in finem usq; traxerunt, eos mortis vicinia sæpè antevertit, quo minus de conceptis possent quicquam expedire. Adeò anceps est & perniciofa dilatio. Est in inferno quidem penitentia, sed sera nimis & infructuosa: tùm nemo erit amplius, qui mortiferũ viaticum tollat aut deleat, ac, ut scriptum est, post tergum proijciat in profundum maris, & quantum distat ortus ab occidente, longè faciat abs te. Hodie igitur te corrige, dum est occasio. Nam qui cras, inquit Augustinus, tuus iudex est futurus, hodie advocatus adhuc est. Quamvis autem

per

perverſæ iſtius ſobolis, quæ uſque  
adeò degeneravit, ut ex ſe nata eſſe  
videatur, ſuaquè cum contagione  
inter bonos oberrat, iſta jamdu-  
dum aures obtuderint, ſuſq; deq;  
habentis, quæcunque met ipſa co-  
ràm fieri cernit: ne tamen officio  
deſſemus noſtro, neu fatalis exitii  
ſui, cui ſemel incitata ipſa præci-  
piti amentia occurrit, cauſſam a-  
liquando imputare nobis poſſet,  
hæc in præſentia dicenda, iterumq;  
atq; iterum inculcanda eſſe duxi-  
mus. Interea bonos etiam, quorum  
multos adhuc, & quidem pluri-  
mos conſtat eſſe in cœtu ſcholasti-  
co hortamur, ut ad ea, quæ prædi-  
cuntur, & vim habent ſignificandi  
eventura, accuratè attendant, neq;  
cum planè deſperato, ac tam pronè  
tamq; graviter periclitante genere

isto quicquam commercii habe-  
 ant, ne fortè intentatam ipsi pe-  
 stem, atque perniciem partici-  
 pent parem: sed animis ad ferens  
 dum compositis constantes mane-  
 ant, intenti in opportunitatem sa-  
 lutis, & appropinquantis *ἀπολυτρώ-*  
*σεως*, quam unà nobiscum, immò  
 cum tota rerum quasi parturien-  
 tium universitate *ἀποκαταδοκύντες*  
 exertis capitibus expectent: de-  
 nique orent filium DEI DO-  
 MINVM NOSTRVM IESVM CHRIS-  
 TVM, ut contrahat dies hosce tri-  
 stissimos, & quæ à tergo immi-  
 nent fortè magis horribilia, jam  
 dudum desiderato ab omnibus  
 fidelibus adventu suo anticipet.

His præmissis, quæ suggessit  
 mihi occasio temporis, ad id nunc  
 me

me conferam cujus gratia hæc con-  
cio vocata est. Cum in ejusmo-  
di testimonii nostri renunciationi-  
bus publicis, de instituto vete-  
rum, proquè more à nobis hæcte-  
nus observato, in medium affe-  
rendum sit aliquid, quo schola-  
stica juvenus erudiatur: Et ve-  
rò naturæ sinus, cujus in confide-  
ratione contemplationequè libe-  
rali occupamur, multò sit abdi-  
tior, multò fœcundior, quàm qui  
acie humani ingenii, quantacun-  
que perspicacitate polleat, sal-  
tem penetrari possit, nedum ex-  
hauriri: precium operæ me fa-  
cturum confido, si minus decan-  
tatum hæctenus tritumvè argu-  
mentum inde delegero, cujus tra-  
ctatio neque injucunda planè sit,  
neque inutilis.

Inter

Inter tot autem & tam varia mihi valde arrisit in præsentia sudor cruentus, qui est Aristot. *αἱματώδης ἰδρῶς*, cujus meminit 3. de Histor: & partibus animal: Et Theophrastus ex sententia Monæ medici, in eo libello, cui titulum prætulit *περὶ ἰδρώτων*. In huius igitur natura exquirenda, cum nō cuius obvia sit, opera versabitur nostra, & simul lucem addere conabitur iis, quæ nimis pressè angusteq; à Philosopho dicuntur, arcessendo undiq; quæ opus esse, & ad hanc rem pertinere, aut quoquo modo deservire ei videbuntur. Fuit certè Aristoteles, sicut seculum istud, quo studium sapientiæ maximè floruit, impendiò delectatus brevitate sententiarum, concisa illa, sed acumine nequaquam vacua, quares universa  
sum<sup>s</sup>

summatim cogitur in compendium, memoria facilius comprehenditur, reminiscentiæ suggeritur, ac omnium, quæ aguntur sigillatim rectus usus breviter suppeditatur.

Natura ambitum corporis nostri gracilibus quibusdam, & ab aspectu remotis spiraculis passim pertudit, molientibus universi corporis perspirationem, quæ est ἀδη-  
 λος αἰσθησι διαπνοή. Constat ea non solum aëreæ substantiæ intromissione, refrigerantis ventilantisque calorem nobis insitum: Verum etiam excrementorum, in singulis partibus coacervatorum, evacuatione. Quæ varia sunt disparisque substantiæ, pro derelicto habita à natura, in τελειοτάτη illa, & nutritionem proximè accedente διακρίσει, quando fit jam ex alimento ὑγροποι-  
 χύς

*χρυσὴ σία, ἢ σίσις τοῦ μορίου.* Crassa quidē,  
 sordium strigmentorumq; īspecie  
 cuti extrinsecus impacta obhære-  
 scūt. Tenuia ritu vaporis nullo sen-  
 su evolant. Quæ mediam naturam  
 adeptæ sunt, reliquiæ humoris sero-  
 si, tenuiq; bile perfusæ, sudorib. dif-  
 solvūtur, ac lege naturæ non aliter  
 exhauriuntur, atq; lotia & repurga-  
 menta alui: excepto quod arbitra-  
 tus imperio nō subiecta sunt. Nam  
 quod Augustinus expertum se re-  
 fert, quenda n sudare solitum, ubi,  
 quādo et qua corporis parte vellet,  
 id nimirum ut singulare est, ita mi-  
 rificum planè. haud scio an intelli-  
 gentia et ratione possit comprehen-  
 di: cū sudor Galeni testimonio,  
 non nisi *ἐν κρηρῶ* h. e. peracta jam co-  
 ctione, et quo tempore morbi judi-  
 cantur, natura vitiosos humores à  
 salubrib. sequestrante erūpat: neq;

certis in partibus aut locis, nisi cūm  
 morbis ex infestatur. Sunt qui in di-  
 versū eant, persuadere nobis conātes,  
 omnem sudorem *παρὰ φύσιν* excerni,  
 idq; autoritate primū Dioclis in 1.  
 Apho: 15. in Com:, negantis per cu-  
 tim unquam efferri humorem sensi-  
 bilem, dummodo omnia, quæ ad  
 corpus attinent, rectè administrata  
 sint, & alimēta à natura edomita. De-  
 inde Galeni, non confutantis inibi  
 Dioclea, ac ne notātis quidē virgula  
 censoria, ut videri possit approbasse:  
 immò affirmantis alicubi sensibilem  
 perspiratū sufficere, præcipuè in tem-  
 peraturis sicciorib. Ad hæc Actuarii,  
 pedib. in Dioclis sententiam euntis.  
 Deniq; Platonis, cui sudor *ἔργαστον νόσων*  
 dicitur. Hæc quantūcunq; firmamen-  
 ti & viriū habeāt, mihi certè facere sa-  
 tis haud videntur, qui ad autoritates  
 non tantum respectum habeā, quan-  
 tum ad



ad pondera rationum sive momenta, ad quas, quoad fieri potest, tanquam ad tesseram signumq; auctoritates reducendæ sunt: sine quibus tam stultè credimus, quàm arroganter profitemur. Non secus expulsio sudorum virtus est naturalis, id est, animæ nutrientis, atq; sunt attractio, concoctio, retentio. Et expulsio nutritioni subsidio venit, absq; qua foret, nutritio inculpatè fieri nō posset. Eatenus autem sudor, atq; excretio ejus, multò etiam copiosior, quàm pro modo naturæ, καὶ φύσιν est, quatenus sano accidit corpori, neq; actionem ejus offendit, emanatq; cum robore virtutis, & providentia de animalis salute. Nam diligenter attendendum est, ut rectè distinguantur ab operibus symptomata. Sæpe numero

ro .n. ita inter se similia sunt sym-  
 ptomata, et ἔργα τῆς ζωῆς, ut unum pro  
 altero putetur, nec nisi summa ac-  
 curatione exactoque iudicio inter-  
 nosci queant. Quid? quod ipsa il-  
 la, quæ ὄλω τῶν ἡνίκαι παρὰ φύσιν sunt, ut  
 vomitus sanguinis, & profusio e-  
 jusdem per nares, per venas ani,  
 per ventrem inferiorem, præter na-  
 turam non sunt, modò opportu-  
 nè fiant. Fieri autem opportunè  
 dicuntur, cùm quod oneri naturæ  
 est atque molestum, exturbatur.  
 Quòd si omnibus nervis atq; inge-  
 niis conatui naturæ obnixus fueris,  
 sanguinemquè repuleris, ne effluat,  
 is non oneri modò, sed & exitio e-  
 rit. Vexabatur, verbi gratia, li-  
 thurgus quidam variolis, quæ græ-  
 cis sunt ἐκθύματα, ferocia plerunq;  
 minore, quàm ἐξανθήματα sive mor-

B billi

billi incessentia : in quo serosior sanguis, naturæ alleviare sese gestientis robore, non, ut ferè assolet, è naribus, sed è gingivis laxioribus affatim prorupit. Is retrò actus teneri non potuit, quin iter sibi ad penitissimè reconditos meatus urinæ strueret: argumento fuit cruentū lotium. Cum autem & hic fluxus ægro molestus esset, in gratiam ejus auxilio astringentium mox est inhibitus. Tūm ergo sanguis pristinis vestigiis insistens ad gingivas reingravit, neq; antè emanare inde desiit, quàm papulæ deflorescerēt. Adeò nihil naturæ præscribi potest, neq; quicquam teneri eorum, quæ semel ipsa relegavit, & abs se amolita est. Sed nec id silentio involvendum, quod fororiantī virgini legitur accidisse apud Dodonæum,

corpore habitiore ac succipleno:  
 cui circa annos pubertatis exube-  
 rans sanguis ille, quē natura in hoc  
 sexu per uterum statis temporum  
 circuitibus solet expurgare, per *πε-  
 ρος δακρυοφόρος* sive spiramina, palpe-  
 bris ad efferēdas lacrimas incila, ma-  
 gna parte exhaustus est, indeq; me-  
 lius ipsa habere visa, ut præter natu-  
 ram talis excretio dici non debeat.  
 Quò verò natura hinc averfa sēsīm  
 ad viam prætoriam dirigeretur, me-  
 dicus venam malleoli tutudit, &  
 menses sunt secuti. Atq; hæc provi-  
 da solersq; natura *ἀδιδάκτως* peragit,  
 nulla internoscendi facultate, solius  
 materiæ copia, acrimonia vel furo-  
 re instincta. Inest .n. partib. singulis  
 ut desideriiū, ac velut appetitus qui-  
 dam sibi conveniētis rei: ita averfio  
 atq; detestatio alienæ. Quod loca ex  
 authorib. allegata attinet, adeò no-

biscū faciunt illa, ut versari in castro  
 nostris atq; præsiidiis videātur. Actu-  
 arius interpretis sui est, cum omnem  
 sudorem bonum pronunciat, quē  
 antecedit concoctio. Galenus in  
 lib: de sympto: differentiis cap: ul-  
 ti; ubi ex proposito rem eam tra-  
 ctandam suscipit, duram esse ait  
 opinionem Dioclis, præterquē re-  
 rum evidentiam, nequē similitu-  
 dinem veri habere, tametsi proba-  
 biliter confirmetur. Tām lacri-  
 ma, quām sudor Timæo Platonis  
 instrumenta morborum sunt, sci-  
 licet constituta *πλοῦν τῆς φύσεως νό-  
 μων.* h. e. si statutos à natura limi-  
 tes transgrediantur. Ex quib. con-  
 cludi nunc potest, nihil eorū, quæ  
 ad cōmodum & utilitatem cedunt  
 animalis, esse de genere eorum  
 symptomatum, quæ actionem of-  
 fen-

fendunt. Quò referimus & illum  
 sudorem, unde febrī Britanniaē In-  
 sulæ, (quæ nunc Anglia vocatur)  
 seu *τυφώδει* seu *ελώδει* nomen fa-  
 ctum, ut *ιδρωτύρετ* diceretur: in  
 qua evaserunt omnes ferè, quibus  
 sudor ad præscriptum naturæ ob-  
 repfisset. De sanguineo sudore vi-  
 detur secus existimandum, quòd  
 cum virium jactura incidat, perin-  
 de ut *διαφορητικοί*, qui aut succorum  
 in venis *ἀναστοιχείωσιν*, aut proxima  
 limenti partium, vel carniū *σώληξιν*  
 habitusvè resolutionem consequi  
 solent. Semper enim in excretio-  
 nibus, non tam ad quantitatem,  
 qualitatem & genus substantiæ re-  
 spiciendum est, quàm potius, mul-  
 toq; adeò magis ad operationem:  
 qua salva & incolumi, symptoma-  
 tum nomine illæ non dignantur.

Fieri autem posse, ut sanguis exsudetur, præter veteres, Cardanus affirmat, & nostra tēpestate Kentmannus, ut testis oculat9 comprobat: quem videor mihi ex hoc loco honorificè appellare posse, ut virū in cognoscendis reb. multi studii, & medicum harum regionū haud quaquam inexpertum, quicquid alii de eo judicent, quos quidē sententia abundare sua libēter permitto. Is ergo ad calcē sui libelli, quem de peste pervulgavit, meminit cujusdam foeminæ, quæ Misnæ Hermundurorū illa correpta esset, è cuius fronte, priusquam è vivis excederet, sanguis stillatim sudoris modo dimanavit, deterfusq; subinde iterum emerit: quæ ἐπίδρωσις documentū fuit vitæ præcipitantis, et naturæ iam exsolutæ ac marcescentis.

Causarū, de quib. sudor sangui-

neus existit, duas percenset Aristoteles suo more, h. e. brevissima et Laconica scribendi lege: quarum una in corporis vitiato habitu ponitur: altera in sanguine præ cruditate calorisq; imbecillitate nemiū humescente ac ferescene? cuiusmodi Rōdeletius vidisse se refert in quodā studioso, ab omnib. corporis partibus emanare. Quæ in vnam forte non inscitè coniiciuntur. E posteriore .n. prior quasi ex stirpe ori videtur. *ἔχει τὸ σωματιος* idem hīc innuimus, quod Hippocrates per *καταστροφὴν* ejusdem, & alibi appellatione *τῶν ἰχόντων* complectitur: vulgò nominamus partes solidas, tam intus penitè abstrusas, quàm oculis obvias, quæ vicissim densari ac rarefcere possunt. Ejus pravitas (quæ Cachexian nominant) contrahitur Aristoteli plerunquè de ci-



biexsuperantia, quam metitur ipse  
 τῷ ποσῶ ἢ ποιῶ, id est, modo & genere.  
 Aut nimius enim est, aut impurus  
 atque corruptus. Quòd si vitio i-  
 dem non fuerit, accusanda veniet  
 ventriculi viscerumq; vel imbecil-  
 litas, vel impuritas. Imbecillitas de-  
 minuit concoctionem, crudita-  
 temquè parit, quæ in venas habi-  
 tumq; corporis benignioris vice a-  
 limenti rapta, tanquam ros in par-  
 tes singulas influit, eisq; apponitur,  
 tum etiam affigitur: at earum sub-  
 stantiæ non perfectè assimila-  
 tur. Contendit quidem partium  
 unaquæquè, quantum in se est, ad  
 metam coctionis, quæ est nutritio  
 & ἐνώσις: sed obstat cruditas, quò  
 minus ornatum ultimum alimen-  
 to induere queat. Impuritas visce-  
 rum, undecunque sanè primordi-  
 um duxerit, optimum etiam san-

guinem, in quo versantur, & in-  
quem calore incumbunt suo, in-  
quinant, qui demum partibus di-  
stributus, illicq; concreescens, nutri-  
tionem vitiat, loco utilis substan-  
tiæ corporis nostri, quæ assiduo flu-  
ore dissipata est, vitiatum repo-  
nens ac sufficiens. Quæcunq; verò  
ex his causis adfuerit, sanguis gigne-  
tur crudior, ac propterea serosior,  
& quidem præcipuè, si duarum  
pluriumvè concursus fuerit.

Nec enim conficit ipsum exactè  
calor insitus, nec incrassat, vel ad-  
æquat potius, neq; serum vehendi  
perfunctum munere separat. At  
non est satis, sanguinem ad fluen-  
dum opportunū esse, nisi viæ, per  
quas ipse fluxurus est, quoq; sint  
expeditæ. In malo habitu corporis,  
à substance crudo & vitioso humo-

re, quem natura alimenti & mala  
viscerum constitutio protulit, non  
tantum gratia coloris vividi quasi  
in veterascens exolefcit, subeunte  
in locum eius virore quodam albo  
squalidoq;: sed corpus ipsum mole  
ampliore turgescit, unde textum v-  
niversi rarefcere, & hiscere spiracu-  
la intercutanea, ac quadantenus  
fieri patentiora necesse est, per quæ  
dein sanguis dilutior, simulac inci-  
tatus fuerit, emanat, repræsentans  
ferè saturam loturam carniū, aut  
rubram alui proluviem in dysen-  
teria epatica. Talis sanguis sive ef-  
fluxerit, sive extra sua venosi gene-  
ris vasa alienam in capacitatem ex-  
ciderit, ἀλλόιωσιν εἰς θρόμβον (quæ Gale-  
no ὁδὸς εἰν ἐπὶ φθορᾷ) non admittit,  
neq; concrefcit: aut incomptè sal-  
tem particulatim grumatimquæ  
spissa-

Spiffatur, ideò rectius ad aquam re-  
ferri poterat, quàm sanguis cervo-  
rum ab Aristotele, quem ideò cogi-  
negat, quòd fibris, quæ concretio-  
nis proxima & continens causa  
sunt, deficiatur. Sed .n. ego cervo-  
rum sanguini, ut damarum & ca-  
prarum quoq;, fibras non derogo:  
quæ etsi calido tepentiq; sanguini  
ita confusæ sunt, ut nihil earum sen-  
sus possit deprehendere: ubi tamẽ  
is coierit, & quasi congelaverit fri-  
gore, aut per linteum percolato di-  
manarit. aut (quod hodiè faciunt  
carnarii in præparando ad fartum  
suillo sanguine) manus bacilliuè di-  
uerberatione succussus crebrò fu-  
erit, sub aspectum veniunt, eximiq;  
ac detrahi queunt. Quòd si à con-  
cretione alienus omninò is foret,  
etiam ab alendi corporis præstan-  
tia distaret quàm longissimè. Nã

Nam proximum alimentum partium singularum, quæ *ἰκμας* dicitur ἢ οἰκῆα τροφή, concretus liquor est, de quo tandem *σαρκώδης φύσις*, aut moles similis partis confit. Hæc mihi videtur esse Philosophi de sudore sanguineo sententia, quam more Lacedæmoniorum ejaculatus potius est, quàm expressit, verbis brevibus ac contortis, quorum incitationem melius, quàm vestigia videre est. Sed in hac percuriosa mens nondum insistit, verum inquirendo progreditur longius, & jam scire avet, cujusnam impulsu sanguis fluidus licet, at reses tamen creatur, & à quo per jam expedita itinera, velut stimulo adhibito agatur. Non enim humor permissus sibi *ῥοπήν* sive inclinationem habet aliam, quàm qualem

qualem cætera corpora grauia beneficio elementi: videlicet ut pefsum eat, & in proclive labatur deorsum, nunquam laterorsum & minimè omnium in altum, nisi alieno ductu aut instinctu. Scanderbeio viro ingentis animi, non prius è labris erupit cruor, quàm in prociactu pugnae stans ipse aduersus hostem excanduiisset, & ebulliens humor spirituq; prægnans alluvie ac ceu inundatione teneram labiorum cutem finderet. Neq; in foemineo genere, ea ætate, qua potest concipere, restagnans sanguis menstruis intervallis prius movetur, quàm instigetur. Immò neq; sudores cæteros unquam conspicias prorumpere, nisi modicè quis exerceatur, aut rarefiat, aut copia vim inferat, vel anni tempus urgeat,

geat, quæ Diocli sunt *αἴμα εἶμα*. Pro-  
 in author libri de utilitate respira-  
 tionis etsi consentit cum Aristot. in  
 pravitate cōstitutionis, in corporis  
 laxitate, h. e. poris dilatatis, & quidē  
 multò ampliù, quàm in vulgari su-  
 dore: tùm in humecto fluxoq; san-  
 guine ex infiti caloris imbecillita-  
 te, cujus potestate decoqui debuit  
 ac densere: non tamen contentus  
 iis est, sed velut calcar insuper sub-  
 dit feryidū spiritum, conclusum in  
 tra venas, temporeq; adauctū, qui  
 dum proprio enitur impetu, san-  
 guinem unà secum evellit. Multū  
 spiritus haud dubiè prodit ab hu-  
 morū cruditate. Vterq; n. tam pitui-  
 teus quàm melancholicus, à quib.  
 habitus corporis plerunq; deprava-  
 tur, *φυσωδέσερος* est. Ad hæc calor neu-  
 tri eorum analogus abundè proli-  
 cit inde halituosæ substātix, consi-

milis ferescenti succo in venis. Verum enim vero per fervidum spiritum, cujus autor ille meminit, eum intelligo, qui vel de inquinata materia intus bulliente, vel viscerum corrupta substantia oritur: non aërem insinuantē sese per arterias cerebri, pulmonis & cordis cavernas, perq; occultam inspirationem universis corporis artub., quē propter arteriarum cum venis communitatem, sanguini quoq; confundi constat, cujus agitato subsultuq; nonnunquā micare ipse cernitur, secta vena extractus. Cujusmodi sanguinem, priusquā intepuerit, imperitū chirurgorū vulgus hodiè ægrum, præsertim si animo linquatur, resorbere cogit, suspicans vitam unā cum sanguine profundi, nec nisi in gurgitato eo, in corpus postliminio redire.

Porro



Porro autem è gracilibus venis capillorum instar in substantiam partium desinentibus, quemadmodum sanguis elabatur, de eo quæsitum jam olim in scholis est. Aristoteles per venarum rariorem textum transfundi putavit non aliter, quàm aqua per ollas fictiles crudas adhuc, neq; dum incrustatas perfluit, quæ est *διαπύου τροφή καθάπερ ἐν τοῖς ἄμοις κεραμίσι τὸ ὕδωρ*, vt loquitur ipse in 2. de generat: animal: cap: 4. Nusquam autem tunicæ venarum teneriores & delicatiores sunt, quàm in viscere suo, & cum in corpus musculi absumuntur. In medio itinere à membris finitimis aliam insuper tunicam asciscunt ad securitatē, dum vel suspenduntur alicubi, vel ossi duriori accumbunt. Crediderim ego

ve

venas extremis suis osculis in solidarum partium substantiam hiscere & ἀνασπυμῶσαι: quod testatur præter venas mesaræi, benigniorem chyli cremorem ab intestinis depeculantes, commercium, quo venæ & arteriæ in corpore sibi invicem junguntur, & mutuò quasi se exosculantur. Sed & spiritus, cujus antè mentionem fecimus, quomodo-  
 docunq; permistus sit sanguini, venarum ora reserat.

Hactenus enumeratæ causæ sanguinei sudoris possunt ad σφάλματα virtutum retentricis & excreticis referri: quarum illa ab humore in cachectico corpore redundante enervatur: hæc contrà roboratur, sic ut ante tempus expellat.

Cardanus aliam viam insistit,

C

&amp;

& causam ponit in molestia animi, in qua sanguis à calore igneo fusus exprimitur. Tantam esse vim perturbationum animi, ut præter humores excrementitios, sanguinem sæpenumero eliciant, Scanderbeii exemplo jam antè planum fecimus: cui & hæc accenseri possunt. Aristobulus perempto fratre adeò percussus mœrore fuit, ut sputum reijceret mero dilutum sanguine. Nobili cuiusdam, qui viduam deperibat, cum ad colloquium ejus admisus esset, ex nimia verecundia secundum aurem vena rupta sanguinem profudit.

Ante oculos Cardani in indagine causæ cruenti sudoris, haud dubiè obversatus est sudor Christi *κρείβ καὶ σωτῆρος ἡμῶν*, trans torrentem

tem Cedrona ad radicem montis  
olivarum effusus in terram, inter  
intentissimas preces, confopitis  
interim discipulis. De quo ut  
dicatur aliquid, neque ab instituta  
nostro, neque à pietate religio-  
sa alienum est, cum hodie reperi-  
antur multi, quibus, ne imputa-  
re Christo videantur tam infi-  
gnia infirmitatis argumenta, in  
quibus tamen ipsis cardo verti-  
tur nostræ redemptionis, nescio  
quomodo ille extenuatur, perin-  
de ac si tantummodo crassior,  
aut uberior justo fuerit, aut san-  
guine leviter tinctus: eorum  
partim argutis ineptiis suis us-  
que eò etiam processerint, ut  
ista omnia de sudore, & ange-  
lo consolante, ac pavore, tan-  
quam

tanquam indigna divina Christi gloria, audacia planè sacrilega elidere atque inducere non vereatur, tanquam spuria, aut ex farina hæreticorum depromta, ac sacræ paginæ aspersa. Quare sicco pede non prætereūdum. Sed neq;, quod dici solet, extra limen ædium pes longiùs efferendus est, ne fortè allucinetur. Si enim in iis, quæ ingenii acrimonia perspicere potest, mentis acies præstringi ac hebetari solet : in illis certè prorsus cæcutiat necesse est, quæ omnem excedunt captum, & nonnunquã in λογικὰς ἀποδείξεις manifestè incurrunr: in quibus appellandum omninò est ad verbum fidei, & ratio in gyrum καὶ εἰς ἑὐαγγελιὸν τῆς πίστεως ducenda.

In pavore stupido sive attoni-

ni-

nito (qualem Galenus simpliciter  
 φόβον, Pindarus cum adjecto δαιμό-  
 νιον, Aristoteles σφοδρὸν, ἢ ἐκπληξιν vo-  
 cat, qui mentem non migrare tan-  
 tum facit, sed domo excludit o-  
 mninò, cujus comes est exanima-  
 tio) sanguis puncto temporis Ἰπὶ  
 πρὸ ἀρχῆν h. e. ad internos recessus  
 corporis, ubi locatum est præfidi-  
 um vitæ, subit, secum eòdem ab-  
 ducens calorem, cujus vehiculum  
 est, cum refrigeratione eorum, quæ  
 in summo sunt corporis. Ejus .n.  
 affectus natura atque generatio  
 ἐν τῷ κατωψύχειδι consistit: sub quo  
 vividus coloris flos abit, corporis ex  
 timæ partes mortuis similimæ sūt  
 & cōcolores, at mortuæ tamen non  
 sunt, tantillo scilicet restante in iis  
 calore, quanto ad vitæ sustentatio-  
 nem sit opus: qui si paullò diutiùs

intus moratus fuerit, jam negligens prorsus extremarum partium, vita est in præcipiti, neque secus ipse strangulatu interit, quàm flama interclusis spiramentis ab exusta jugulari fuligine solet. Pallorem consequitur horror corporis universi, ut vix loco possis consistere, & rigor cutis, quo pori tam arctè stringuntur, ut neque sudoris tenuissimi, nedum, qui coijt circum præcordia, sanguinis atriquicquam perfluat. Sæpenumero consternatis sanguis *eis τὸ βάθρον* sic abducitur, ut vix dolore ex inflicto vulnere possit revocari.

*Non refugiat timido sanguis atque exalbescat metu?* inquit ille. Hæc usu accidere perturbatis, multò est apertius, quàm ut testibus ad id opus sit. Constat autem Christum

stum propiore mortis conspectu, in cuius abyfso triftius aliquid, & magis horribile concepit, quàm divortium animæ & corporis, tanto pavore perculsum fuiſſe, quanto nulla natura unquam fuit ſuſtinendo perferendoquè: quippe immenſa ira DEI ex ſuſcepto peccatorum totius mundi onere ipſi erat propoſita: tùm antè oculos verſabantur formidabile tribunal, ad quod ſiſtendus erat, & iudex ipſe incomprehenſibili vindicta armatus, ponderibusquè ad examinandum paratus atque expeditus. Quorum confideratione ſanè attentiffima non potuit Chriſtus non *ἐκθαμβῆσθαι καὶ ἀδυναμῶν*: hac .n. verborum granditate Lucas utitur, metū mortis exprimentium: qui quanquā in natura,



quæ à λόγῳ assumpta est in personæ  
 unitatem, perinde ut in nobis bul-  
 liit: (Christus enim ἐν ὁμοιώματι ἀν-  
 θρώπων humana tulit omnia) in ex-  
 cessum tamen non ebulliit, neque  
 puram moderationem animo  
 prorsus expectoravit. Sic enim à vi-  
 tii labe non fuisset immunis ipse, &  
 omninò etiam succubuiisset. Quo-  
 circa licet mortem quoque in pri-  
 mo ingentium pavorum insultu  
 deprecaretur, quasi poculum de-  
 trectaturus: mox tamen hoc in se  
 ipse castigans, revocat votum hu-  
 manitùs elapsam, & paternæ vo-  
 luntati acquiescit. In tanto igi-  
 tur tamq̃ acriter gliscente certami-  
 ne cum divinæ maledictionis rigo-  
 re, cum tentatione de abiectione,  
 cum doloribus inferorum, in qui-  
 bus carnis infirmitas sese prode-  
 bat.

bat, tandem divina virtute sua  
 Christus eluctatus est: quæ licet ad  
 tempus quasi abscondita in ipso  
 quieverit, ut partes redemptoris  
 patiendo, καὶ τῶ ταπεινωθῆναι μετ' ἑθελ-  
 νάτου impleret: sæpenuerò tamen  
 conspiciendam præbuit sese atq;  
 exeruit. Interim in corpore fluctu-  
 atio extitit planè mirifica humo-  
 rum, caloris vitalis & Spiritus, cu-  
 jus similem nusquam est omni-  
 um seculorum memoria in moni-  
 mentis rerum veterum legere.  
 ἀγωνίαν quidem (quam Galenus  
 ἐν φόβῳ καὶ θυμῷ σπύδατον esse affir-  
 mat) tanti æstus & fluctuationis au-  
 thorem, invenias etiam in naturis  
 heroicis, quæ sine afflatu divino  
 nunquam fuere: quæ ut vulgari-  
 um hominum ἀγωνίαν post se re-  
 linquat, cum Christi tamen vix, ac

ne vix quidem comparanda est. Sed nunc porrò audiamus, quì potuerit sudor ille, non *αιματώδης* sed *αιμάτηρος*, & ut Lucas describit, *ὡς ἰθρόμβος αιματος* elici. In *ἀγωνία* Christi concursus fuit, & quædam quasi conflictatio acerrima cùm metus, non tam mortis, quàm iræ & iudicii Dei, qui cum sibi sensit negocium esse: tùm indignationis aduersus raptorem diabolum: ad hæc inexhaustæ *φιλανθρωπίας* & misericordiæ ex ruina nostri generis, & cupiditatis id liberandi ardentissimæ. Quibus omnibus sanguis in corpore Christi non potuit non vehementissimè commoveri. Is ergo euripi in modum itentidem recipiendo, nunc foras ambitum versus profiliit, modò rapidissima conversione

one

one atq; ἐπιανακλήσει ad centrum corporis, velut tergum vertens, refugit. Ex qua agitatione & motu reciproco, subinde pro internæ luctationis intentione remissione-  
vè, variè commutato retentrix vasorum virtus plus nimio labefactata est, deque crebriore allisu tandem reserata cutis spiramina, per quæ sanguis supra modum extenuatus ab æstuante intus calore, tanquam ergastulo exsolutus suo, volucris vehente spiritu, ubertim scaturiit, humique fusus mox duruit, ac in grumos coivit.

Hic non sunt pauca θαύματα ἐν θαύμασι, à communi lege naturæ, à sensu omni, captuque mentis humanæ prorsus recedentia: nimirum sudor ipse, similis  
gut-

guttis non humescentis, sed spissi  
ac fibrosi sanguinis, insolenti qui-  
dem nec usitato humorum ordi-  
ne effusus, attamen in Christi  
corpore non omninò παρά φύσιν, li-  
cet nullum corpus potuisset susti-  
nere. Adhæc copia ejusdem tan-  
ta, ut in terram distillarit. Quòd  
demum corpus ad illam usque vi-  
rium cum sanguine profusarum  
jacturam resolutionemq; potuit  
durare, quò minus fatisceret, quod  
ipsum certè fuit ἰστέον ἀνθρώπων.

Cæterum in hæc non finit nos pie-  
tas ultrà inquirere. Hic ergo fixis  
vestigiiis insistemus:

*limes hic, hæc mentis meta sagacis erit,  
captum submittentis suum Deo  
architecto & gubernatori naturæ  
universi, cujus jussu sæpenumero*  
res

res inanimes, & exsanguis, ut terra, simulacra, cervorum, cornua, &c. etiã multò sudore manarunt, cum neq; sanguis, neque sudor nisi è corpore sit: Et qui hodie adhuc arcano iudicio suo residem in occiso corpore, neq; vigentem jam amplius sanguinem ita ciere potest, ut continuò in percussorem, si coràm steterit, ebulliendo redundet: quod & ipsum alteri scholæ reservari oportet, in qua hæc, & alia id genus innumera mysteria naturæ, docti ab ipso Deo, intelligemus. Nam quæ à Ficino, & secuto eum Valeriola, sanè quàm acutè argutequè ea de re cogitata sunt, talia esse constat, ut ne ipsis quidem authoribus, nedum aliis satisfacere videantur.

Restat nunc, ut Deum prece-

ce-

cemur ex toto corde, ut ad nos  
pertineat semper verus sudor, &  
aspersio sanguinis Iesu Christi, a-  
gni ἀμώμης καὶ ἀσπίδος fusi pro nobis  
jam inde à jactis mundi funda-  
mentis, ad eluendum peccata no-  
stra expiandūq;, & ut vivificemur  
opulentè in nos effuso Spiritu san-  
cto, qui accendat in nobis novos  
motus, Deo placentes propter me-  
diatorem, animosquè ad rectè a-  
gendum impellat, & adoptionem  
in iis per fidem obfignet, ne ad  
pollutiones veteres, scelerumquè  
sordes, velut lota sus ad volutabrū  
cœni revertamur: avertat item  
& excutiat tela ignita sathanæ,  
tantò rabiosius in nos evibrantis  
ea, quantò videt mundi præcipi-  
tantis finem abesse propiùs: de-  
nique vinculo charitatis pectora  
nostra

nostra invicem copulando agglu-  
tinet, ut simus & semper manea-  
mus unum in Christo, quò tan-  
dem vitæ æternæ, in quam spe  
anhelante jamdudum suspicimus,  
hæreditate dignemur, cum omni-  
bus sanctis glorificantes æternum  
patrem, & Filium coæternum,  
cum Spiritu Sancto unum & so-  
lum verum Deum, viventem &  
regnantem sempiternis se-  
culorum ætatibus

AMEN.



2V AE



RECITATA A PV-  
 ero Paulo Alberto Vit-  
 bergensi.

**I**N hanc doctissimorum viro-  
 rum coronam, & circulum au-  
 dientium prodeo, non more  
 Democriti, quem negant unquã  
 sine risu in publico fuisse: adeo ni-  
 hil illi videbatur serium eorum,  
 quæ seriò gerebantur: unde risi-  
 tatorem eum cives sui appellarunt.  
 Nam enimverò talem faciem  
 neque periculorum à tergo immi-  
 nentium expectatio, quæ quidem  
 per ætatem mihi nec dum licet  
 providere, neque rerum tristium,  
 quæ modo *τῶν ὀμμάτων* velut in the-  
 atro positæ sunt, conditio nunc  
 ferunt. Videtis in quo motu, &  
 in

inclinatione temporum, quanta  
 in conversione status, & perturba-  
 tione versetur, & ut novacæ  
 in acumine res sint publicæ. Apud  
 exterarum nationes & gentes bella  
 gliscunt, colliduntur imperia: vi-  
 cinos terrarum tractus pestilentia  
 attigit, quæ nostris quoque cervi-  
 cibus impendet, aut instat jam  
 planè, vastitatemquè nobis inter-  
 minari videtur. Lacrimæ ergo no-  
 bis deerunt, antequam causâ do-  
 lendi. Scilicet his vitam nobis re-  
 rum natura circumscripsit, quæ  
 primùm nascentium hominum  
 fletum esse voluit: hoc prin-  
 cipio in lucem edimur, huic o-  
 mnes dein annorum subsequen-  
 tium series consentit: ut ve-  
 ro verius sit Palladæ illud: δάκρυ-  
 σι δ' ἐν πολλοῖς τὸν βίον ἔργον ὅλον: Neque

D prius

prius finis erit flendi, quàm dies ille nouissimus appetierit, ad quem iam dudum spe fideq; respectamus, quo prouectis nobis vltra lineam ac metam rerum omnium, inq; cœli tanquam pristini domicilii possessionem honestissimo per Christum redemptorem nostrum postliminio iam reductis, omnis ab oculis lacrima abstergetur. Ibi neq; luctus neque dolor amplius exstabunt: ex quorum remotione animus noster concipit bona inferri contraria.

Nam regulæ de natura contrariorum quasi igniculus quidam à natura nobis impressus est: uno sublato, alterum contrariorum poni. Nimirum illic dabitur nobis *ἡ καὶ καλῶς ζῆν*, quò omnis summa diuiniore illius, & à  
Deo

DEO revelatæ Philosophiæ refe-  
renda est.

Hæc cum ita sint, videor mi-  
hi apud confessum hunc, quo pu-  
erilis cœtus noster cinctus undi-  
que, atque circumseptus est, me-  
reri veniam posse, si idemmet in  
argumentum, quod non ita du-  
dum patri meo charissimo, tibi-  
quæ ab ipso nunc publicè renun-  
ciato Doctore clarissimo, ultrò  
citroquæ versatum est, meum  
quoque vestigium leviter posue-  
ro, eaque balbutiero in præsentia,  
quorum sterilis adhuc, ac vix dum  
herbescenti viriditate amœnus a-  
gellus ingenii mei, ferax esse po-  
test. Vestræ humanitatis est, mi-  
hi primùm ex hoc loco dicenti, au-  
rium operam benignè adhibere.

*Sæpe etenim puer est valde opportuna locutus.* Ita autem æquam uterque partem curaverimus, tu vir præstantissime tuam, ego meam, si ego quæsiro, tu verò ad quæsi- ta responderis, idq; quàm fieri possit brevissimè, ne fortè fastidi- um auditoribus procreetur.

Hoc igitur pro concessa no- stræ ætati licentia, primùm in hac panegyri scholastica quæro: Qua- re vetuerit schola medicorum, pu- eros fletu ploratuq; prohibere. De- inde, cur in lacrimis conjungi o- porteat cum suspiria, tum gemitu, neq; alterutrum sufficere possit. Prius illud, etsi de pueris solùm pronunciatum est, multò tamen patet latiùs, & per omnem perti- net ætatem, perq; sexum omnem, tam virilem, quàm muliebrem,  
li-

licet huic magis convenire, quàm  
 illi videatur. Nemo sanè omni-  
 um mortalium unquam diu lacri-  
 mas impunè tenuit. Si namq; (ut  
 Plutarchus refert in libello de co-  
 hibenda iracundia) *πολύ τι τῆς λύ-  
 πης ἀματῶ δακρύω σιωπῆ ἀγεται*: & se-  
 cundum Senecam: fletus ærumnas  
 levat: suppresso eo fieri profectò  
 haudquaquàm potest, quin ab  
 aggestu perustorum halituum, qui  
 intra præcordia conclusi retinen-  
 tur, cor magnoperè periclitetur,  
 non etiam nunquam fatiscat pe-  
 nitùs, & unà cum eo calor vitalis  
 pereat, more flamæ, quæ obstru-  
 ctis spiramentis à proprio suffoca-  
 ri fumo solet. Quæ causâ videtur  
 esse, cur duodecim tabulæ gene-  
 ri mulierum, quod ad lugendum  
 lamentandumq; nimis quàm pro-

pensum est, olim ejulatib. solùm  
 interdixerint, fletu non item. In  
 pueris diutiùs coërcitæ lacrimæ  
 creduntur justum corporis aug-  
 mentum hoc ipso non nihil remo-  
 rari, quòd insito calori tam inimi-  
 ca fuligo est, quàm quod maximè,  
 nisi tempestivè lacrimis egeratur.  
 Est autem calor non tantùm co-  
 ctionis opifex, & quasi ἀρχιμάγειος,  
 sed & author incrementi; quo cor-  
 pus ad justam constitutamq; me-  
 tam certorum annorum spaciis  
 provehitur. Quæcunque alūtur &  
 crescunt, inquit Tullius, conti-  
 nent in se vim caloris, sine qua  
 neque ali possunt, neque crescere.  
 In aliis lacrimarum suppressio ma-  
 gnorum morborum author est,  
 & vires lædit. *ὀφθαλμοὶ δὲ*  
 Non petam exempla longiùs, te-  
 sta.

testari de me ipse possum, quàm graviter offenderit aliquando arteriam, undatim & quodã ceu bulliente murmure à pulmonibus respirata fuligo, quæ lacrimas continere satagenti mihi, supra modum intus aucta fuerat.

Quòd si omninò cohiberi eam contigisset, obstructo per thoracem exitu, dubio procul aliunde per insolentes cuniculos emerfisset. Vt verò de pueris etiam constet esse aliquos, qui ita dicto audientes habent lacrimas, ut eas nunc citare, nunc rursus sistere, quoties ipsis collibitum est, ingenuè possint: sæpenumero tamen imperio adeò non opprimuntur illæ, ut potiùs irritentur.



Ne quidem Hercules, cui cætera penè cuncta sunt domita, suam ipsius naturam ita potuit vincere, ne ploratum ederet, idq; nequaquam, ut ipsi visum est, scæminatæ virtutis argumentum fuit.

Nec enim virtutem *σκληρᾶ* illa, aut inhumana potius *ἀπαθεία* metimur. Amputa & exinani Zeno affectiones animi, unde lacrimæ scaturiūt: aut quantum potes obnitere, ut totis careas, quod tamen prius non præstabis, quàm hominem exueris ex homine, aut planè sustuleris: jam nusquam virtus erit, languebit protinus animus, atq; torpebit, affectionum adminiculis tanquã vigoribus suis privatus, inq; corpore ignavæ, & quasi enervatæ vitæ prorsus consenescet. Neque verò muliebri solum ingenio fletus additus

ditus est, sed ad officium pertinet humanitatis, cujus ut quisq; plurimum obtinet: ita maximè ad lacrimas proclivis est, ut in verbum jam olim abierit: ἀγαθοὶ δὲ δειδάκτους αὐδρες. Næ ille mihi fibris planè corneis præditus fuisse videtur, qui mortem amici negavit deplorandam esse, sed cogitandum potius censuit, illum mortalem natum esse, & hominem. Quantò humanior Heraclitus fuit, rerum humanarum fragilitatem perpetuo fletu prosequi solitus. Nulli profectò verendum, ne fines officii lacrimando transeat, modò non abjectè, non desperanter id faciat, animumq;, qua possit ratione, placeat, labentem in proclive erigat, adeoq; à desperatione ad spem revocet. Quemadmodum enim a-

D 5      libi,

libi, ita hîc τὸ σφοδρὸν seu nimium ipsum solummodò vitio est, quod si represserimus, nihil præter decorum à nobis fiet. Nam cùm homines simus, nihil humani, h. e. ad hominem pertinentis à nobis alienum esse putemus.

Ecquid autem est, quod ad homines, & conjunctionem hominum inter homines, & ipsam charitatem, atq; complexum gentis humanæ magis pertinere videtur, quàm affici rebus communibus, & in hac valle miseriarum, in qua omnibus fortunæ telis vita nostra exposita est, alterum alterius miserescere, &, quantum in ipso est, levationem afferre, idq; adeò testatum facere argumentis veris non fictis neq; simulatis: Veriora argumenta autem non sunt neq; illu-

Iustiora, quàm lacrimæ illæ misericordiae, quibus & propriam molestiam exhaurimus, & alienam levamus, magna ejus parte in nosmet derivata. Nempè in hoc consistit societas humani generis, & vitæ quasi communitas, ad quam optimo naturæ satū edimur, & homines appellamur, *ὡς πολιτικῶς*, quod est *πολιτικῶς*, invicem conjuncti simus civili atq; populari conciliatione.

Sed hæc de priore problemate, quæ sint puerilia sanè, ac rationib. subnixā vulgarib., ac passim receptis: injucunda certè non sunt. Alterū jam porrò restrictè persequar. Suspiria & gemitus pro uno qui putent, hodie multi sunt: at verò mihi differre videntur. Suspiriū. n. inspiratio quædā est altè petita, et ab imo ducta pectoris, secundum Nasonis illud: Et

*Et suspiratibus haustis  
Nec Dea sum, dixit.*

Gemitus exspirationi aliquantò vicinior est, quādo nimirum, presso præ angustia pectore, in sonū prorumpimus, aëre cum impetu forâs actò, quæ est vox in articulata. Estq; ambitus paullò latioris. Nā ingemiscere dicuntur inter cædendum ligna operarii, ac dùm exercentur athlethæ: similiter pugiles cùm feriunt adversarium, in jactâdis cestibus: non quòd doleant, animovè succumbant: sed quia in profundenda voce omne corpus contenditur, venitq; plaga vehementior. Hæc ad lamentabilem alterum, ac flebilem gemitum nō in scitè trahi possunt ac debent: qui tametsi levationis aliquid affert naturæ, cum molestiis angoribusq;

busq; confligenti: nulli tamen viro permissus est, quorundam Philosophorum sententiis, conantium speciem viri fortis & animosi, qualis futurus sit, si modò aliquando fuerit in vivorum numero, non adumbrare, sed planè exprimere: quem adhuc nostra quidem ætas vidit neminè, nec visura unquam est posteritas.

Idem iudicium illis est de suspirio, quod de gemitu. At enim nos neutrum ulli hominum abnegamus, utpotè remedium dolorum non minus præsentaneum, quàm sunt lacrimæ, aut fortasse tantò magis, quantò à corde utrunque abest propiùs, tam ad ventilandum calorem ejus, quàm ad educandum vitalem spiritum, quorù uterque postea republicæ membro

brorum corporis universi, proportionem quadam influens, quoque versusum dispensatur atque distribuitur. Quin suspiria & gemitus æquè curis mœroribusque medeantur, atque lacrimæ, contraversum non est. Alterna ambo sunt, & fiunt inter lacrimandum necessariò. Dùm enim cor icitur à noticiis, & tristi cum re intus cõflictatur, vitalem calorem exterioribus subtrahit, ut sibi eum impendat, sese servet, ac tueatur. Calor coactus in angustum, ac ceu conclusus, eo nomine evadit acrior justo, quòd ventilator cordis, qui pulmo est, partes suas tùm obeat segniùs, aërisque novi minus subintret, atque adeo sanguis ille, qui ex arteriosa vena in pulmones delatus, & in vaporem ab insita ipsis

vi atque temperie, tum motu eorundem jugi assiduoq; verberare elaboratus est, in venosam arteriam, indeq; in sinistram cordis thalamum rite tranare, absq; impulsu aëris nequeat. Interim multum fumorum circa cor acervatur, qui nisi maturè exhalati fuerint, calorem ejus opprimunt. Proinde necessariò pulmones se contrahunt aspirantes, spirituquè dilatant vicissim: hinc suspiramus hausta altiùs anima, illic contra ingemiscimus explosa fulgine. Vtroq; modo cordi opitulamur adversus injuriam suffocationis, ampliore respiratione subministrantes, quod vices minutæ crebræq; spirandi essent facturæ.

De his igitur renunciate domine Doctor, ut pro indulta tibi  
nunc



nunc docendi potestate, nos vel  
hoc vel alio tempore erudias peto.  
Ea enim de causa faces tibi præfe-  
rimus, & jam accendimus, ut vi-  
cissim auditorium nostrum lumi-  
ne ingenii & doctrinæ tuæ erudi-  
tæ participes. Quod restat, tuis ho-  
noribus bene precor, & oro De-  
um verbis supplicibus, ut  
medicationes tuas effi-  
ciat saluta-  
res.

*D I X I.*



## RESPONSIO.

**H**OC more fit institutoque majorum nostrorum, ut infestivitatibus scholasticis, in quibus testimonium iudicii sui publicum extare de doctrina atque industria uniuscujusque voluere, aliquæ dicendi partes puerili quoque ætati dentur: & id meo quidem iudicio admodum consideratè.

Hoc enim pacto profligari solet, ac ceu abstergi nimia illa & stupida verecundia, (*δυσωμία* græci nuncupant) vitium pueritiæ omninò capitale: quod nisi primis statim annis stirpitùs evulsum fuerit, inemendabili in posterum pravitate duratur. Interim

E hoc

hoc etiam accedit, ut ejusmodi honorum præmiorumquè spectaculis quodammodo ipsa excitetur, ad acrius urgendum cursum studiorum, & majore animorū alacritate persequendum.

Sunt enim certè præmia diligentibus alimenta quædam industriæ, socordibus calcar, quo exstimulati & ipsi contentius currendo progrediantur.

Quòd igitur fors ita tulit, ut ad te Paule partes istæ devoluerentur, non possum non magno perè tibi gratulari, & ad ista mentis tuæ curricula, ingeniiquè exercitationes, benedictionem divinã ominari atque exoptare: quibus si, qua cœpisti, navitate institeris, futurum utiquè est, ut patrem verè cieas, & quasi alter ipse fias. Neque

que enim filius aliud est, quàm pater in altero velut repubescens. Per autem apposita est nō tantum huic seculo ista tua de lacrimis quæstio, sed & tibi imprimis apta, cujus facies magis ornari videtur lacrimis quam risu.

*Δάκρυσι μὲν γὰρ, ὡς ἔπι τὸ πλεῖστον σὺν ἑστὶ μάθημά που χρηστὸν: γέλωτι δὲ ἀπολασία:*

et flendo quidem nemo sibi concitavit authorem cōtume-  
liæ, ridendo autem spem ejus au-  
xit. Et Basilii in concione  
*περὶ ἁχαριστίας* affirmat, lacrimas ef-  
*σε σπέρμα καὶ δάνεισμα τῆς αἰωνίης χαρῆς,*  
hoc est, semen & usuram æterni  
illius gaudii, ad cujus commen-  
tationem meditationemq;  
assiduam ætas tua sensim assuefa-  
cienda, ac ceu manu ducenda est.

Sed nunc ad rem ipsam. In-

fantibus, & qui in flexu sunt pu-  
 bertatis, ideo prohibendi nō sunt  
 fletus & ploratus, quòd vice cu-  
 jusdam exercitationis corporum  
 conferre ad augescendum vide-  
 antur. Sicut enim operantibus, ita  
 plorantibus spiritus contentio  
 vires suggerit. Quo nomine à  
 Stoicis etiam gemitus in dolore  
 concessus est, quatenus ad confir-  
 mandū animum valet. Adhæc nisi  
 in lugentib. pueris supervacua ma-  
 teria solito more per spiramina  
 palpebrarum exclusa fuerit, peri-  
 culum est, ne sensim acervata, at-  
 que ultrò citroquè concita, aut in  
 ventriculos cerebri elidatur, &  
 morbum fonticum creet, vel stu-  
 porem attonitum: aut adacta in  
 nervos corpus paralyfi oblædat.  
 Sed & adultiorib. nulla major flē-  
 di

di caussa esse videtur, quàm cum  
 flere in angorib. omninò neque-  
 unt: ut cum parentibus *σύλοι οίκων*  
*παίδες ἄρσενες* decedunt, in quibus  
 spes residua erat exædificandi ac  
 propagandi generis. Quid To-  
 maxinæ acciderit Hieronymi  
 Cardani materteræ, liquet de il-  
 lius scriptis. Ea cum præter mo-  
 rem solitum occultare vellet, at-  
 que suppressere summi luctus a-  
 cerbitatem, ex amissa in peste so-  
 bole, idquè ob immodicam vere-  
 cundiam patris Cardani, senis  
*σκυθρώπης*, tetrici ac vultuosi: tan-  
 dem crepuit, atq; intus disrupta è  
 medio excessit. Posteaquam .n.  
 cordis fuligo dolore perseverante  
 eatenus exaggerata fuerat, ut jam  
 amplius hospitari in tam angusto  
 præcordiorū ergastulo non pos-

set: & per thoracem verò occasio  
 emergendi nusquam daretur,  
 diverticula quæsiuit & aliover-  
 sum iter sibi vi molita est: non  
 secus ac anima in viscerib. terræ,  
 ubi in vacuum spacium penitus  
 applicuerit, nō patente exitu, pri-  
 mum luctari secum ipsa incipit:  
 mox percita huc illuc reciprocân-  
 do, tumultuari, lateraque terræ  
 identidem succutere, donec icti-  
 bus crebrioribus eam findat atq;  
 perrumpat. Id verò non viventi-  
 bus modò accidit, sed & nuper  
 extinctis, licet talibus ἐκ τοῦ κατα-  
 ψύχσεως textus partium solidarum  
 spissescat, sequè ipso multò red-  
 datur firmior. Noribergæ acci-  
 pimus senis cujusdam, eum agen-  
 tis annū, qui inter scansiles, & ad  
 succidendam vitam pollentes,  
 deci-

decimus esset, corpus capite truncato rotæ obligatum esse, quòd uxorem occidisset. Qui cùm nec à pueris orare didicisset, neq; in carcere, ætate propè jam acta decursaq;, addiscere vellet, quicquid à diaconis de æternorũ suppliciorum atrocitate subiiceretur, frustra tentatis rebus omnibus, in planè impia obstinatione non sine fremitu tandem morte multatur. Brevi pòst turgidũ abdomẽ rumpitur, & ilia eructando humi spargit. Sic Iscariotam illum Christi proditorem, cùm vitam laqueo finiisset, crepuisse mediũ Lucas refert. Secundũ quæ illud Virgilianum accipi posse videtur:

*Invidia rumpantur ut ilia Codro.*

Nimirum tanta vis est intra sedem præcordiorũ detenti spiritus



ni lacrimis dissoluatur, aut micās anhelitu ventiletur, gemituvè maturè respiretur. Cōstat præterea alios febre pernicioſa, ob diſſimulatū luctum præcipitados eſſe. Et ut res optimè cedat, neque calor omnis juguletur, neque proſtinus vita intereat, canicies quaſi trophæum quoddam mortis luctum cohibitum excipit.

Quòd ad ſuſpiria & gemitus in acerbitate luctus attinet, licet ob ambitum, quem naſta ſūt fatiſ magnum, multos vexârint, alios etiam eluſerint, à multis conſuſè uſurpata ſint: nos tamen hîc & in theſibus noſtris de lacrimis diſtinguimus. Fiunt ea juxta formulam motus in pectore *παρὰ λόγον, ἀλλὰ ἔκαστος καθ' ἀρμονίαν ἵνα καὶ λόγον* h. e. non modulata quadam ratio-

ratione: et quidem necessariò fi-  
unt, licet cordatiores naturæ re-  
primere sese queant, quò minus  
quid præter τὸ πρέπον agāt: effœmi-  
natiores non possunt. Suspirio  
hauritur bonus aër, adduciturq;  
pulmonib: gemitu ad refrigeran-  
dum inutilis & iam præustus red-  
ditur. In utroque vigor vitæ con-  
sistit.

Quò verò res testatior fiat, hoc  
de necessitate utriusq; loco coro-  
nidis adiicio. Qui anguntur &  
dolent, iis animus in eam rem,  
quæ dolori est, incumbit, in eam  
quasi defigitur ac derivatur totus,  
interimq; sui officii obliviscitur,  
neq; thoracis musculis vim mo-  
vendi suppeditat. Cor igitur cum  
neque per intentionem pectoris  
aërem accipiat, quo ventilari re-

frigerariq; possit: neq; per remissionem se vocet, quæ sanguinis ardor commisit, recrementa favillosa, instante suffocationis periculo, animã cogit ad deserti muneris provinciam obeundam: idquè facit, cùm ope caloris & spiritus, tùm acrimonia fuliginis velut stimulo adhibito. His vigilibus excitata ac lacesita anima protinus cordi prospicit, displorens per nervos animale spiritum, quo thorax velut animatus vices pristinas, sed paullo largius præstat, ut expiratione & inspiratione cor vitæ fontem redimat liberetq;: expiratione exhauritur quicquid est exustæ fuliginis: inspiratione copia suggeritur aëris frigidi: absque quibus foret, cor penitus fatisceret.

Et


Et hæc ad objecta mihi abs te pro-  
blemata dicenda putavi, & longè  
strictiùs, quàm res postulabat, au-  
rem subinde vellentibus specta-  
torib., quorum ratio habenda est.

Oramus Deum, vt adesse no-  
bis in lamentis luctuquè jacenti-  
bus, & lacrimas respicere nostras,  
intimosquè cordium gemitus ex-  
audire, deniq; pericula quæ re-  
sident atq; inclusa sunt penitùs  
venis atq; visceribus reipubl. Chri-  
stianæ, vel avertere immensa  
bonitate sua, vel saltem  
mitigare velit.



## Foliis

- 8 quò minus  
 10 ἀποκαταδοκουῶτες  
 14 planè  
 20 Lega castris  
 23 tur ferescente:  
 42 adhac  
 43 commutato.  
 45 cervorum cornua.  
 60 inarticulata



24

